ciuitati gezam circũiacet terra pale:
stina in qua quatuor maxime ciuita:
tes cernunt̃ stetisse que tamẽ ad par
ua casalia id ẽ ad paruas villas sũt
redacte exceptis duabus Achaso et
geth. Et est sciendũ ꝙ illa terra que
olim philistena dicebat̃ nunc pale:
stina vocat̃. Et ista ciuitas que olim
azota dicebat̃ nũc arsuff vocat̃. cui⁹
nobilem dñam sepius bene vidi. Et
illa ciuitas que olim geth dicebatur
nũc scandalum vocat̃ qd̃ nomen bal
dawinus rex iherusalem sibi impo:
suit cum eam reedificauit. Ex hac ci
uitate golias fuit ortus quem dauid
interfecit. et mlta alia legunt̃ de hac
ciuitate mira. Ex hac ciuitate om̃es
ciuitates ville et castra oĩa loca ma:
ritina de quibus supra dixi bene ad
quatuor miliaria infra terram erunt
et sunt deserta. Nam dum primo ter
ra sancta suria et acon fuerunt perdi
te sarracenĩ oĩa loca maritina de qui:
bus dixi ciuitates villas et castra pu
tabant pacifice possidere tunc inha:
bitatores geth siue scandalum erãt
homines fortissimi et in armis stren:
nuissimi et dicit̃ ꝙ ibi sit natura loci
ꝙ ibi nascunt̃ homines pre aliis fe:
roces. hij habitatores geth licet erãt
pauci vix mille sed nobiles strennui
scientes toci⁹ terre itinera et ideoma:
ta. nam hincinde pro stipendijs cum
armis vagare consueuerunt mores et
consuetudines sarracenorum cogno:
uerunt scientes etiam introitum terre
et exitum et numq̃ pausantes sed de
nocte more sarracenorum vestiti sub:
tus armati incedebãt et sine intermis
sione ibant et nauigabãt et dũ erãt
inter sarracenos vt mercatores cũ sar
racenis ciuitates et villas intrabant
et cum sarracenis comedebant et bi:
bebant et se paulatim congregabãt
et dũ videbatur eis expedire ciuitatẽ
vel villam in qua sic erant ceperunt
et cõbuscebant sarracenos interfece:
runt vel vendiderunt. et videntes sar:
raceni ꝙ pre ipis nõ poterant se p̃ca
uere relictis ciuitatib⁹ et villis abie
runt sed tamen raro euaserunt et sic
omnia facta sunt vacua in p̃sentẽ diẽ
Audiui a viridicis hominibus qui
omnib⁹ interfuerũt et ibidem adhuc
publica fama est et vox ex predictis
habitatoribus geth sarracenis talis
et tantus timor inuasit ꝙ ad sex die
tas mulieres infantes plorantes cum
nomine scandalum mutantes et nul
lus alteri in via fuit ausus obuiare.
Nam p̃ habitatorib⁹ scandalũ ple:
ne se nõ poterãt p̃cauere.

## De flumine Helen.

Sed vt redeam ad ꝓpositum
prope Acon est fluuius non
magnus nomine belen are:
nam quasi vitream eiciens que ad lõ
ginquas partes deportatur. Itẽ non
longe ab acon est alicui⁹ fluui⁹ cui⁹
ab vna parte serpẽs vel aliqd̃ aliud
animal venenosum viuere nõ potest
Sed ab illa parte bene est expertuz
ꝙ serpens transfluuiũ ꝓiciebatur et
statim moriebat̃.

## De Carmelo monte.

Iuxta acon a dextris ad tria
miliaria nõ longe a mari est
mons carmeli qui est planus
et spaciosus et desuper pulcherrimis
multis herbis et amenitatibus deco
ratus. In hoc monte helias ꝓpheta

degebat et miracula faciebat. In hoc etiam monte ad verba sua principes quinquagenarij per regem israhel ezechiam missi per ignem de celo sunt combusti. Etiam in hoc monte orauit helias vt non plueret super terram et non pluit annis tribus et mensibus sex. vt in libro regum continetur. In hoc monte cernitur stetisse monasterium pulcherrimum seu claustrum in honore beate marie factum et fratres qui de ipso originem sumpserunt carmelite dicti sunt in presentem diem. Idem fratres sunt mendicantes in terra sancta. quindecim cernuntur pulchra habuisse claustra. in vna parte montis est limpidissimus fons in mare discurrens. de quo helias propheta bibebat. et adhuc fons helie vocatur. In alio pede montis pulcherrima cernitur stetisse ciuitas templariorum. sed nunc totaliter destructa cayphas vocata. Non remote ab hac ciuitate est paruus fons. qui per vna parte est iordani origo. In fine montis carmeli ciuitas pulcherrima fuit sita. sed nunc deserta iherusalem vocata vbi iesobel nabooth vinneam abstulit. et ibidem fuit precipita. vt in libro regum continetur. Iuxta hanc ciuitatem sunt campi magni. in quibus iosias rex iuda fuit interfectus. Non remote a monte carmeli. oli pulchra fuit sita ciuitas. sed nunc destructa. Sephoria vocata. et in monte sita de qua sancta Anna mater virginis marie fuit orta.

## De cesaria palestina

A monte carmeli transito quodam fluuio quem iordani per parte est origo. peruenitur in cesaream palestinam. que quondam fuit dicta dor. sed nunc cesarea palestina vocata. et in hac ciuitate pulchra est ecclesia. de domo cornelij. quem petrus ad fide conuertit facta. Eadem ciuitas terra sancta recuperata in porcionem cuiusdam militis de partibus istis noie dehorne fuit deuoluta. Cuius generis adhuc temporibus meis vixit dominus quam sepe bene vidi et de hac materia tractaui.

## De assur ciuitate

De cesarea procedit et peruenit in ciuitatem quondam pulchram sed modo desertam castrum peregrini vocata olim assur dictam. hanc ciuitatem gotfridus dux de bolim rex iherusalem xpianis templarijs in sui memoriam donauit. De assur seu castro peregrini procedit et peruenitur ad ciuitatem pulchram. et adhuc competenter inhabitatam. ascolona vocatam. De ascolona procedit et peruenit in ioppen ciuitatem antiquissimam et pulchram in litore maris sitam huius ciuitatis portam Ionas propheta intrauit dum a facie domini fugere voluit et distat a iherusalem fere ad duas dietas sed peregrini non possunt ibi portum applicare.

## De Hael ciuitate.

Non remote a ioppem pulchra ciuitas est sita oli ruina noie nunc Hael vocata. et in loco pulcherrimo delectabili et suauissimo situata. et non ab alijs nisi a xpianis inhabitata. Et creditur quod iudeus vel sarracenus in ea vltra annum viuere non potest. Ex hac ciuitate omnia vina que xpiani vel peregrini in iherusalem bibunt deportantur

## De dyaspoli ciuitate

Prope hanc ciuitatem ruina vel Hael pulchra ciuitas a